

George Ticknor.

SUUM CUIQUE.

Accessions 114167

Shelf No. D. 154.12

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D. 1630
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.
GEO. TICKNOR. OB. JAN. XXVI. MDCCCLXXI.
BOSTON PUBLIC LIBRARY

BEQUEATHED BY

George Ticknor.

Rec.d Apr. 26th 1871.



See Guarinos, Bib. de los Escritores del Reynado de Carlos III Tom. IV. p. 158, and the volume of his poems in 12mo, 1817 entitled Cas. Gom. Ortega, Carminum Libri IV. etc. He died 1761. says Colmeiro, La Botanica y los Botanicos de la Península Hispano Lusitana Madrid 1858, p. 163, But see note Colin, Carmina, 1817

CASIMIRI GOMEZII ORTEGAE

TENTAMEN POETICUM,

SIVE

DE LAUDIBUS

CAROLI III.

POTENTISSIMI HISPANIARUM REGIS.

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Anno MDCCLXIX.

Apud Franciscum Niphum.

D.154
.12

114167
G. T.



CASIMIRUS GOMEZIUS ORTEGA

Philosoph. et Medic. Doctor

LECTORI.

Cùm in Italiam, FERDINANDI REGIS jussu, profectus fuissem admodum Adolescens, ut *Naturali Historiae* et *Medicinae* universae utilem operam navarem; siquid temporis ab earum disciplinarum studio superesset, id omne non in otio conterendum, sed *Humanioribus Litteris* tribuendum existimavi. Peropportunè autem accidit, ut eo tempore, quo hanc vitae et studiorum rationem vix susceperam, CAROLUS *Neapolis* et *Siciliae* REX in maximi *Hispaniarum Imperii* successionem adscitus praeclaram sanè occasionem praeberet, quid in eo genere proficere possem,

sem, experiundi. Decrevi itaque ad ejus PRINCIPIS *laudem gloriamque* celebrandam ingenium convertere, ad quem non modo laboris, sed etiam otii nostri fructus omnes referri oportebat: atque ita quidem latinis versibus attigi, atque inchoavi CAROLI BORBONII res gestas;ut appareret,me non omnes ejus *laudes* amplecti contendisse dicendo (id enim non ab uno homine eoque imbecilli erat expectandum): sed aliorum industriam excitare voluisse, et pietati satisfacere erga ipsum meae. Nunc quoniam et exemplaria operis distracta omnino sunt, et ea fuit de opusculo ipso doctorum Virorum opinio, quam vix ausus essem optare, sive id argumenti dignitati, sive etiam Lectorum indulgentiae, aetatulae, quâ tunc eram, faventium tribuendum sit: his de causis, aliisque nonnullis, quas in praesens enumerare non

est

est necesse, illud denuo typis committendum duxi.

Quaerenti autem mihi multùmque et diu cogitanti, quonam pacto hujusmodi elucubratiuncula magis Lectoribus jucunda et ornata quodammodo accideret, nihil aequè opportunum fore videbatur, ac si ea, quae evulgatâ jam priori editione à Potentissimo REGE vel provisa prudenter sunt, vel fortiter gesta, continenti oratione persequerer, et non modo haec postrema, verum etiam superiora illa *Hispanicis versibus* commendarem. Sic igitur feci pro viribus. In Hispanica autem interpretatione, vel si mavis Παραφράσι, non superstitiosam adhibui diligentiam, in opere vix mediocri et mihi molestam, et caeteris non necessariam; neque singula verba religiosè expressi: sed usus sum eâ libertate, quam cùm aliena interpretantibus, tum praesertim mihimet mea red-

den-

denti facilè concedendam arbitrabar. Hoc unum, Lector benevole, te monitum volui. Vale itaque, et operam nostram in celebrandis optimi PRINCIPIS *laudibus*, à quo tot tantaque in rem publicam beneficia profecta sunt, et in posterum proficiscentur, praeclarè collocatam boni consule. Matriti. VIII. Kal. April. Ann. MDCCLXIX.

CAR-

CARMEN.

Ille ego, qui nuper Fernandi tristia Regis
Funera, et *Hesperiae* luctum, lacrymasque meorum
Cantabam querulâ carmen modulatus avenâ:
Nunc Caroli laudes, nova nunc evolvere fata
Laetior aggrediar Vates: tu dia precantem
Musa doce, tuque ô! pulchris, Rex, annue coeptis.

Vix dum Borbonides primos exegerat annos
Regia progenies, magni vestigia Patris
Cùm premere, atque acie visus clarescere mirâ,
Iam tum spectandus populo; faustumque futuri

Auspicium cepêre Urbes: nam vivida virtus,
Alma fides, et forma decens, moresque benigni,
Majestas, amor in Patriam, et mens ardua REGEM
Spondebant pace insignem, belloque potentem.
Nascentique licèt sceptrum fortuna negasset
Invida, BORBONIDAE tamen ingens dextera, et armis
Egregium robur peperit, subjectaque forti
Regna ense, et priscis titulis cessisse coacta.
Haud ignota cano: quis enim vel nesciat arcem
Cajetae, aut claros hostili caede *Bituntos*?
Messanam, et *Capuam* domitas, cunctamque receptam
Trinacriam? Sic BORBONIDES duo maxima Victor
Transgreditur, subigitque brevi certamine Regna.
Ceu quondam torrens pluviis hyemalibus auctus,
Infensus pecori, et sylvis, de montibus altis
Praecipitat, tumidoque ruens rapit omnia cursu:

Desiliunt ripae, jamque omnis campus inundat:
Haud aliter Carolus dum sese effundit in agros
Ausonios, mox cuncta tenet, latèque vagatur.
Olli *Parthenope* felix applaudit, et ultro
Externum quamvis dominum complexa, per urbem
Instaurat ludos, vocesque ad sidera tollunt
Victores, victique simul: generosa Juventus
Laetitiâ fremit, et tanto sub Principe gaudet.
Extemplo *Pax* alma redit, positoque furore
Armorum repetit terras *Astraea* relictas,
Et Regem incipiunt reduces celebrare *Camoenae*
Carminibus, meritâque innectunt tempora lauro.
Ipse unus populum gratâ ditione coërcet,
Aut aequas sancit leges, et jura ministrat,
Aut praerupta vias ducit per viscera montis,
Quà pelago excurrit pulcherrima *Mergilline*:

Aut munit portus, atque ardua moenia tollit.
Aëriae surgunt arces : sublime Theatrum
Exstruitur latè, sumptusque ad sidera ducti.
At fessum si quando animum, curisque gravatum
Rex laxat, non desidiam, non otia quaerit:
Quin potius, dum figit apros, montesque pererrat,
Aut nemora assiduus, vires exercet, et artus
Venatu obdurat; neque enim praestantior ullus,
Seu libet ignitas in metam emittere glandes,
Sive inflectere equum, rapidove intendere cursu,
Sive opus est *Martis* duros perferre labores.
Nec minus interea pulchras incumbit in artes
Ingeniis dexter. Testis, quam condidit urbem
Alcides, voluitque suo de nomine dictam.
Illic quae Herculeis monumenta sepulta ruinis,
Neglecta, et cunctis jampridem ignota jacebant,

Nunc

Nunc primùm Carolus (sub quo felicia Rege
Omnia contingunt) detecta in littore curat
Eruere. Excisi lapides, rupesque cavatae,
Atque ingens fastis lux est allata vetustis.
Sic leni regere imperio, ac virtute tueri
Noverat, et populos cultu insignire venusto.

Tum verò trepidas iterum improvisa per urbes
Fama ruit, veteres accedere cominùs hostes
Austriacos, tristemque iterum consurgere *Martem*.
Continuò turbati omnes: interritus unus
Stat Rex, et dubias acies in praelia cogit.
Arma ferunt Juvenes, quoscumque aut laudis avitae
Aut Ductoris amor Caroli movet: aemula virtus
Accendit Proceres, et Regem in bella sequuntur.
Ipsum inter primos gradientem baeticus acer
Portat equus, qui fraena ferox spumantia mandit.

Haud

Haud illi clypeus, mentitave Vatibus arma,
Vulcani fabricata manu; sed dextera, REGEM
Quae deceat, fidusque ensis comitantur euntem:
Ensis, quem Gnato dederat Pater ipse PHILIPPUS,
Virtutis Patriae monumentum, et pignus amoris.
At postquam campo legio stetit omnis aperto,
REX acies gestit struere, et lustrare cohortes,
Quae interea studio ingenti, et clamore secundo
Jam plaudunt, atque arma fremunt, hostique minantur:
Ipse animos acuit stimulis, et pergit in hostem
Igneus, *Hispanis* properans se adjungere turmis.

COLLIS erat celsus, quem vallibus undique septum
Ornabant vites, summoque in vertice collis
Eminet Urbs (*Volsci* quondam tenuêre) *Velitrae.*
Illuc BORBONIDES festinat, et aggere facto
Castra locat, tutamque jubet deducere fossam.

Jam-

Jamque propinquabant adversâ ex parte phalanges,
Martia quas rapido *Germania* misit ab *Istro*,
Et *Transylvanus* spectato robore miles,
*Pannonii*que equites simul, hirsutique *Croati*.
Hos super *Illyrici* venit gens accola Ponti:
Quos omnes bello assuetos, et fortibus ausis
Unus agit pugnae Dux *Lobcoviczius* ardens.

Interea instantis signum dant classica belli,
Ignitaeque volant glandes, jamque aenea circum
Fulmina sparguntur diris explosa metallis.
Quo sonitu *Triviae*que palus, et *Aricia* latè,
Et refluo trepidans exhorruit amne *Truentus*.
Jam mixtae coëunt acies, pereuntque vicissim
Germani, *Hispani*que simul: *Libitina*que cladem
Exercet, saevit mediis *Mars* impius armis.
Borbonides nunc agmen obit, nunc impiger urgens

Hor-

Hortatur socios, et stricto fervidus ense
Irrumpit, quò laudis amor, quò gloria ducit.
Ah! quoties illum pugnantem in turbine belli
Austriacae fugiunt acies, et signa prementem!
Non illis prosunt fraudes: namque ilicet adsunt
Atriscus, *Gagius*que ambo *Mavortis* alumni:
Et Rex ante alios Carolus fortissimus omnes;
Unà ipsi impediunt, et coepta immania turbant,
Multaque dant passim *Germanica* corpora letho.
Quae simul atque oculis Dux *Lobcoviczius* hausit,
Et tot perspexit caedes, tot damna suorum,
Nec videt huic tanto se posse obstare furori;
Devictas vocat ingenti clamore phalanges.
Austriaci vertêre Aquilas, et terga dedêre,
Et demum Siculo favit Victoria Regi.
Tempore quo ignivomis plaudens *Vesuvius* antris

Lae-

Laetitiae, ut fama est, alacri, crebroque tonitru
Signa dedit, laetas jaculatus ad aethera flammas.
At Rex Borbonides Romam spolia ampla reportans,
Ingreditur sublimis equo; longo ordine circum
Stant Proceres, fidique Duces, et lecta Juventus.
Romulidae expleri nequeunt, plausuque sequuntur.
Quin etiam Summus Praesul sese obvius offert
Ingeminans plausum, et Caroli complexibus haeret;
Turbaque miratur Regem desueta triumphis,
Scipiadem mirata suum ceu *Roma* vetusta est
Celsa triumphali vectum ad *Capitolia* curru;
Vel quum solemni redimitus fronde solebat
Scandere *Tarpejas* quondam *Germanicus* arces.
At Carolum reducem, detruso ê finibus hoste,
Parthenope excepit, tanquam si sera rediret
Libertas, Patriaeque decus, columenque vocavit.

Nunc verò, Rex Magne, iterum post publica vota
Carpetana tenet festo te *Mantua* plausu;
Et te digna Parens iterum Farnesia visit.
Cernis ut optato adventu clamoribus omnis
Urbs resonet? roseisque nitens *Hispania* sertis
Solemnes agitet pompas, & festa parentur?
Salve ergo, spe major ades. Tu scilicet unus
Vividiora feres sacris solatia *Musis*:
Te duce Relligio, leges, probitasque vigebunt,
Ingenuaeque artes. Te nunc regnante, quiescet
Praedator Maurus. Tibi mittet *America* merces
Littore ab extremo. Tu dum cultoribus agros
Augebis, pleno manabit Copia cornu.
Tu demum pietate gravem (Dii vota secundent!)
Fernandum referes, referes virtute Philippum.
Haec me olim *Hesperiae* monuit praedicere *Phoebus*

Fa-

Fata docens : tunc Naturaeque, Artisque medendi
Florentem studiis me *Felsina* docta tenebat.
Nec Deus *Hesperios* animos spe lusit inani.
Ab Rege ex illo fuerint quae tempore gesta,
Sensit *Iber*, Caroli propriùs jam Numine gaudens.
Quid memorem Regni census, ingensque remissum
Vectigal populis? utque ipso in limine Regni
Jusserit exsolvi *Proavorum* debita Regum?
Montibus aequari valles, et strata viarum,
Dulce viatori, duci spatiosa, levamen?
Quid referam sublimi augusta Palatia tecto,
Auspiciis opibusque suis perfecta? Quid Aedes
Marmoreas, structasque in publica commoda moles?
Quidve pavimentum è silice atque è marmore ductum:
Queis *Carpetanae* nitor, et decus additur urbi?
Nec canere aggrediar (quae sunt notissima famâ)

Ut Rex Europam, miseranda caede furentem,
Compulerit, quoniam potis est vox nulla tenere,
Parcere compulerit ferro, et revocarit ab armis,
Ceperit *Almediam*, *Mirandam*que insuper altam
Diruerit, pacemque orare coegerit hostem.
Quin se etiam orbe alio victrix jactaret *Havana*,
Ni superi infensi, classem demergere Ponto,
Mentem immisissent laevam ductoribus, atque
Tutos heu! nimium portus occludere suassent.
Nempe haec prima fuit cunctorum causa malorum,
Quae quondam audenti fuerat spes una salutis
Cortesio: simul ultro omnes amittere puppes,
Mexicana quibus tetigit vasto aequore vectus
Littora, nostra novum missurus sub juga Mundum.
Nec minus interea *Morri* arcem milite complent
Delecto, atque diu contra stant, hostibus ipsis

Ar-

Argumentum ingens laudum, *Gonsalvus* et acer
Velascus, praestanti animo, et praestantibus armis:
Queis virtute duo similes pro moenibus arcis
Si astarent, nunquam cessisset *Havana Britannis.*
Non tamen haec illis sine multo gloria venit
Sanguine: victores aeque sua funera lugent.

Exosa est nec ubique acies victoria nostras:
Nam *Manila* suum respexit laetior hostem
Obsessum, et pacem versâ jam sorte petentem.
Et *Lusitanis* victricia signa Colonis
Infert ductor Iber, summâque exultat in arce.
Quae postquam valido Carolus Rex ense subegit;
Tunc demum everso cupiens succurrere saeclo
Pacatum nutuque suo, et virtutibus orbem
Pace frui jubet, atque aeterno foedere sancit.
Tunc populo et Patribus plaudentibus, optime Aranda,

Cui

Cui lauro, et viridi cinguntur tempora olivâ,
Concessa est, ô ARANDA Comes, tibi maxima rerum
Verborumque fides. O! tanto digne Senatu
Praeses! ò *Hesperiae* decus, et laus inclyta REGIS!
Te duce, Sacra *Themis* populo dat jura volenti:
Tu indociles animos, et nescia pectora flecti
Demulces, cultu emollis, et moribus ornas
Ingenuis, ludosque novos, et spectacula proebes,
Sollicitae inducens tranquilla oblivia vitae:
Tuque per arboreos xystos, et mollia Prata
Das populo interdum spatiari, et frigus opacum
Captando oblectare oculos salientibus undis.
Exinde Agricolis, exin jam dignus aratro
Redditus omnis honos: Marianos vomere duros
Exercent alii colles, alii aspera pascunt:
Pars steriles saltus, quondam spelaea ferarum,

Iam

Iam modo laeta serunt inductis arva colonis.
Pars loca designant tectis; pars parva domorum
Fundamenta locant, pars tarda armenta tuentur.
Adde tot egregios mentisque, operumque labores,
Artificumque manus, necnon commercia toto
Tuta mari, sociumque icto jam foedere *Maurum*.
Quid? quod nulla oris regio est tam dissita nostris,
Quò non missa brevi reddatur nuntia rerum
Littera; seu sonipes vehat hanc, seu nautica pinus.
At procul hinc, arctis malesuada in rebus, egestas
Exulat, hospitio mox excipienda benigno.
Hìc domus, hìc victus, recta hìc formatio morum:
Hìc Artes, atque hìc nativa industria gentis
Excolitur: dignos nec praemia parva sequuntur.

Sunt etiam ingenio sua munera, siquis honestum
Imbuit aut pectus doctrinâ, aut instruit arte.

Au-

Augustâ en tractanda manu , tria maxima Regna
Naturae Hispano praebent sese obvia Regi,
Platinam sed enim, spirantis molliùs aeris
Materiem, Natura novum fert alma metallum,
Sertaque de plantis peregrinis florea nectit.
Ipse Virûm meriti Carolus non immemor unquam
Sublevat et viduas censu solatur opimo.
At vero virtutis iter , verumque laborem,
Militiam tolerare, opus atque ediscere *Martis*
Assuescit miles duce Rege , et Rege Magistro.....
Vix haec edideram *Phoebeo* percitus oestro,
Cùm clara *Hesperiae* visa est venientis imago
Offerre ante oculos sese , et sic deinde locuta:
„ Grata tua est pietas , *Vates* : sed versibus hisce
„ Borbonidae nequeunt complecti ingentia facta.
„ Surgent, cùm *Musas* ultro jam foverit ipse,

„ Qui

„Qui Regem, et Regis laudes magno ore sonabunt.
„Nec tunc Imperii Carolus spes altera, quem jam
„Exemplum patriae stimulat virtutis, abibit
„Indictus, nec quae hunc faciet Lodoica Parentem,
„Nostri dulcis amor populi, Socerique voluptas
„Grata sui; venietque annis labentibus aetas,
„Cùm Domus haec Augusta et pace insignis et armis,
„Borbonidum Domus haec, Reges complexa Nepotes,
„Proferet imperium, et toti dominabitur Orbi.

IN EIUSDEM

CAROLI III.

AD AMPLISSIMAM REGUM HISPANORUM

sedem, Mantuam Carpetanorum adventu

EPIGRAMMA.

QUI sat *Parthenopen* bello, sat pace beasti,
Patria, REX, tandem Regna beare veni.
Tu validos terrâque, marique tuebere *Iberos*,
Compositos placidâ tu ditione reges.
Quòd si etiam doctas *Phoebi* exornare *Sorores*,
Vatibus et facili numine adesse velis;
Tunc tua pro meritis qui dicant arma Virumque,
Plures nostra feret *Mantua Virgilios*.

Εἰς ΚΑΡΟΛΟΝ τὸν τῆς Ἱσπρίας βασιλέα.

Ἐρχομένῳ Καρόλῳ πρὸς τὰς ἄρ Ἱσπρας ἄνακτα,
Πλεῖον ἐδάκρυσεν Παρθενόπη φθονερά.
Εὖγε ῥ Ἱσπρες ἄγαν μεγαλήτορες· ὔμμι πορίζει
Πολλὴν Παρθενόπη δακρυχέουσα χαράν.

AD CAROLUM HISPANIAE REGEM,
dum ex Italia in Hispaniam solveret.

Hispanas CAROLUS dum REX migraret ad oras,
Flevit, et irata est invida *Parthenope*.
Macti animo estote, *Hispani*; nam plurima vobis
Parthenopes lacrymae gaudia suppeditant.

ENSAYO

POETICO.

ENSAYO

POÉTICO.

ENSAYO POETICO
EN ELOGIO
DEL
REY N.TRO S.OR
CARLOS III.

Por el Dr. D. CASIMIRO GOMEZ ORTEGA.

CON LAS LICENCIAS NECESARIAS.
MADRID : Año de MDCCLXIX.

En Casa de Don Francisco Nipho.



AL LECTOR.

HAviendo pasado de orden del Rey á Italia, en los primeros años de mi Juventud, para instruirme en la *Historia Natural*, y en la *Medicina*; juzgué desde luego, que los ratos, que me dexase libres este objeto principal de mi destino, en lugar de emplearlos en vanos pasatiempos, los debia aprovechar en el estudio de las *Letras Humanas*. No pasó mucho tiempo sin que con motivo de la gloriosa exaltacion de nuestro Augusto Soberano al Trono de *España* se me ofreciese felizmente una ocasion honrosisima de experimentar lo que podia prometerme de mi aplicacion á esta parte de la amena *Literatura*.

De

Dediqué pues todos mis esfuerzos á formar un bosquejo de las esclarecidas acciones del Rey, deseando cumplir con la obligacion de tributar á S. M. no solo el corto fruto de mis estudios serios, mas tambien el de aquellos intervalos, que se suelen conceder al ocio, ó al recreo. En cuya obra no presumí ciertamente presentar al Publico una Pintura perfecta, y bien acabada de las immortales hazañas de Carlos III. (empresa á la verdad superior á las fuerzas de qualquiera Ingenio, y especialmente á las mias): solamente intenté despertar por medio de la dignidad de tan noble asunto la industria, y el primor de nuestros mas habiles Maestros.

Recibióse aquel primer diseño con mayor aceptacion, de la que yo huviera acertado á prometerme de parte de los Inteligentes, debiendose sin du-

duda atribuir esta felicidad,asi á la indulgencia de los Lectores que quisieron por este medio animar mi aplicacion,como principalmente á la feliz eleccion de tan sublime Original. Este apreciable favor del Publico junto con la circunstancia de haverse distribuido todos los exemplares impresos, me precisan ahora á publicarle nuevamente. Y deseando yo, que la segunda edicion salga acompañada de todos aquellos adornos, que sean capaces de merecerla una benigna acogida de parte de los Curiosos; ningun medio me há parecido mas oportuno,que el de continuar la delineacion de las Heroycas acciones del Rey, desde que subió al Trono *de España*,que fué la ilustre Epoca de su felicidad, y con cuyo motivo se dió á luz por la primera vez este papel; añadiendo al mismo tiempo la version en metro español de todo el *Escrito*

La-

Latino:En la qual no me hé ceñido supersticiosamente á las leyes de una literal, y severa traduccion, asi porque la mediocridad de la Obra no merecia tan escrupulosa diligencia, como porque me hé creido autorizado, por el exemplo de otros, para usar de aquel derecho, que me concede la calidad de Autor del mismo Escrito, que traduzco. El Lector, atendiendo á la dificultad de tan grande empresa, disimulará los defectos de la execucion, y dará por bien empleado el tiempo, que se há debido dedicar al *Elogio* de un SOBERANO, que incesantemente dispensa tan grandes beneficios á sus fieles Vasallos; y que no tiene otro objeto, que el de colmarlos en adelante de otros mayores, que aseguren la prosperidad y la gloria de toda la Nacion.

RO-

ROMANCE

ENDECASYLABO.

Yo aquel, què en otro tiempo de Fernando
Canté la infausta muerte tan sentida,
Acompañando el llanto de la Hesperia
Con lamentable, y lugubre Elegia;
Yá en metro mas alegre las hazañas
Diré del nuevo Rey: *ò tu Divina*
Musa esfuerza mi voz, y tu, Gran Carlos,
Del noble intento aprueba la osadia.
Apenas Regio Infante los umbrales
Pisaba Carlos *de la edad florida,*
Quando ya el fiel Retrato de Philipo
En sus virtudes la Nacion admira.

El valor, el agrado, el Real aspecto,
Y su alta comprehension nos prometian
Un excelso MONARCA, *cuyas sienes*
El Laurel adornase con la Oliva.
Y aunque entonces el Cetro le negaba
La fortuna, burló BORBON *su envidia:*
Dos Reynos al amago de su esfuerzo
Fueron tropheo de su diestra invicta.
No canto cosas, que la misma fama
No tenga por el Orbe difundidas:
Quien no ha escuchado de Gaeta *el nombre*
En vano contra CARLOS *defendida?*
O el de Bitonto, *á quien famosa hicieron*
Las destrozadas haces enemigas?
Quien á Mesina, *y* Capua *no conoce,*
Y á su valor rendida la Sicilia?

Vis-

III.

Vistéis tal vez un rapido Torrente,
Que hinchado en la lluviosa estacion fria,
Arrebata el ganado, y de los montes
Los mas robustos troncos precipita?
Y no sufriendo margenes, inunda
La espaciosa extension de la Campiña?
Con igual rapidez recorre CARLOS,
Y vencedor sojuzga las Provincias.
Napoles *yá feliz abre sus puertas*
Al nuevo Soberano, y con festiva
Acorde aclamacion al REY *aplauden*
Las gentes vencedoras, y vencidas.
Vuelve la Paz *á hacer dichoso el Reyno,*
Vuelve Astrea *á ocupar su augusta Silla;*
Astrea, *que se havia retirado*
Del furor de las Armas ofendida.

IV.

Las nueve Hermanas *el honor celebran*
De su gran Protector agradecidas,
Empleando en su obsequio, y su alabanza
Los laureles, las voces, y las lyras.
Carlos *las riendas de su dulce Imperio*
Por si mismo las rige, no las fia:
Quanto ordena se debe á su talento,
Quanto acierta se debe á su pericia:
Yá dicte sabias leyes, yá abra paso
Al caminante en anchurosa via,
Rompiendo el monte, en donde mezcla al golfo
Sus crystales la hermosa Mergilina:
Yá el puerto fortifique, y Baluartes
De immensa mole y duracion erija;
O yá construya algun Theatro augusto,
Que toque al Cielo con su frente altiva.

Mas

Mas si tal vez los cargos del Gobierno
Permiten corto alivio á sus fatigas,
No alterna el ocio : en su lugar sucede
La Caza , de la guerra imagen viva.
En ella su valor y tolerancia,
Por los montes y selvas exercita,
Endureciendo los robustos miembros
En Campaña innocente y divertida.
Ni gloriarse tàn diestro podrá alguno,
Que en asestar al blanco le compita,
Ni en fatigar el Alazan fogoso,
Mas docil al Ginete, que á la brida.
Ni es menor el desvelo , con que CARLOS
A proteger las Ciencias se dedica:
Digalo la Ciudad , que fundò Alcides,
Y de su mismo nombre se apellida,

Las

Las Memorias Herculeas *sepultadas*
Aun mas en el olvido, que en sus ruinas,
Hasta que Carlos (*aquien nuevos Reynos*
La tierra en sus entrañas ofrecia)
Halló, su obscuro seno registrando,
Preciosos restos de la Edad antigua,
Que con grandes cuidados, y dispendios
Conserva á las edades succesivas.
Asi el Rey *procuraba vigilante*
Aumentar de sus Subditos las dichas,
Logrando de la paz en el regazo
Los mas gloriosos, y felices dias;
Quando otra vez resuena de improviso
La Caxa, y el Clarin en las Provincias,
Que anuncian con estruendos militares
Del antiguo enemigo la venida.

Tur-

Turbanse todos : solo el Rey *conserva*
La superior serenidad nativa,
La qual con el exemplo poco á poco
A su exercito Real se comunica.
Alistase la flor de la Nobleza:
A unos mueve la estirpe esclarecida:
A otros del Rey *la fama , á otros no menos*
Mueve la emulacion á que le sigan.
Marcha á la frente el mismo Soberano,
Que se presenta en las primeras filas
Sobre un fiero Bridon , hijo del Betis,
Que inquieto tasca la espumosa brida.
No arman al Rey *el peto , ni el escudo,*
Que fueron de Vulcano *obra mentida:*
Fiase en su valor , y fuerte brazo,
Y en su Espada invencible , y fiel se fia:

La

La Espada, que PHILIPO *el animoso*
Le ciñò al hijo en su postrer partida,
Para memoria del paterno esfuerzo,
Y en prendas del amor, que le tenia.

Formadas yá las Tropas en el Campo,
Corre el Caudillo invicto las dos lineas:
Y el Soldado le pide con denuedo,
Que á la contraria hueste le dirija.

CARLOS *aprueba el zelo de los suyos,*
(La aprobacion aun mas su ardor aviva)
Y apresura las marchas para unirse
Con las Tropas de Gages *conducidas.*

Hai un Collado, al que contiguos Valles
Aumentan la vistosa perspectiva,
Adornando el declive de sus faldas
Las bien dispuestas y frondosas Viñas.

Man-

Mansion en otro tiempo de los Volscos,
Veletri *en su alta cumbre se registra:*
En ella el Gran Borbon *sienta los Reales,*
Que con arte, y presteza fortifica.
A este tiempo llegaban yá las Huestes,
Que sustentó el Danubio *en sus orillas,*
Yá el Transilvano, *el* Hungaro, *y* Croato
De lejos con horror se descubrian,
Cerrando el Esquadron los Esclavones:
Gente toda esforzada, y aguerrida,
Que Lobcoviz *comanda, y al combate*
Con la voz, y el exemplo los anima.
Dan las Trompetas la señal: las balas
Con horroroso estruendo despedidas,
Difundiendo el terror, y el desaliento,
Atruenan toda la region vecina.

Es fama, que tembló la Aricia *al eco,*
Y que en su lago se estremeciò Trivia,
Y que átonito el Tronto *su corriente*
La mantuvo algun tiempo suspendida.
Empeñase el combate : los contrarios
Y los nuestros perecen á porfia:
La mortandad complace al mismo Marte,
Que sangriento discurre por las filas.
El Rey *recorre el campo: al mas cobarde*
Su voz alienta , al esforzado anima;
Y blandiendo el azero, allá acomete,
A donde el brio , y el honor le guian.
Ah! quantas veces , quantas los Tudescos
Cedieron á su heroica valentía,
Abandonando al brazo irresistible
Del Vencedor sus belicas insignias.

Ni aprovechan astucias, ni sorpresas,
Donde está Carlos, *cuya diestra activa*
Al mayor riesgo acude, acompañado
De Atrisco, *y* Gages, *que en valor le imitan.*
Basta de estos Caudillos el denuedo
A frustrar del contrario la osadia,
Y huyen escarmentados, los que antes
Vencedores de Carlos *se creian.*
Lobcoviz *el destrozo advierte airado*
De los que al Rey *en vano resistian,*
Y al fin de indignacion lleno, los restos
De su infeliz Exercito retira.
A los Leones Españoles *ceden*
Las Imperiales Aguilas *altivas,*
Y reconoce Europa *la victoria*
Del Monarca *glorioso de* Sicilia.

En este tiempo , dicen , que el Vesuvio
Muestras diò señaladas de alegria,
Entre sonoros truenos arrojando
Globos de fuego , que innocentes brillan.
Pero CARLOS *cargado de despojos*
A Roma yá triunfante se encamina,
Formando la Grandeza, y Generales,
Con la Nobleza fiel su Comitiva.
Sale á su encuentro el SUMO SACERDOTE,
Y entre abrazos , y lagrimas le explica
Su parabien , mientras absorto el Pueblo
Renovado el honor del triunfo admira;
Como admiró á Escipion *en otro tiempo*
Subiendo al Capitolio Roma *antigua,*
O en el Tarpeyo Alcazar *vió de lauro*
Las sienes de Germanico *ceñidas.*

Re-

Recibe luego Napoles, á CARLOS
Con mil aplausos, con immensos vivas,
Aclamandole Padre de la Patria,
Su consuelo, su apoyo, y sus delicias.
Pero hoy, SEÑOR, Madrid *aún mas dichoso*
Logra todas sus ansias ver cumplidas,
Si el Cetro admites, que ISABEL *te ofrece,*
De tan glorioso hijo Madre *digna.*
No oyes ya de tus fieles Españoles
El jubilo, y las voces expresivas?
No ves, que en Espectaculos España
De recobrarte el gozo testifica?
Vive GRAN REY, *y veate tu Pueblo*
Aventajarte á la esperanza misma:
A tu benigna sombra hallen las Musas,
Las Leyes, *y las* Artes *acogida.*

So-

Solicíte la paz, y tu alianza
El Pyrata del Africa *vecina,*
Tributandote America *sus Flotas*
Cargadas de riquezas peregrinas.
Y al paso que tu Sabia Providencia
La Poblacion protegerá propicia,
Reynará yá contigo la Abundancia
Coronada de frutos, y de espigas.
España *en fin no en vano ver espera*
En tu Augusta Persona *competidas,*
Si en la paz las virtudes de Fernando,
Las glorias de Philipo *en la Milicia.*
Tan grandes dichas me mandò, que á España
Vaticinase, el Numen que hoi me inspira,
De las disposiciones de los hados
Corriendo el velo á la ignorancia mia.

XV.

Yo en aquel tiempo (1) *Joven aùn cursaba*
Las aulas de Bolonia *la erudita,*
Siendo, el mas dulce objeto de mi estudio,
La Natural Historia , *y* Medicina.

Desde entonces feliz España *ha visto*
Cumplido el vaticinio de sus dichas;
Obrando yá de Carlos *la influencia*
Por mucho mas cercana, mas benigna.

No recordar intento los Tributos, (2)
Que perdonó piadoso á las Provincias,
Ni el pago del caudal, (3) *con que el sagrado*
Credito Nacional se vivifica.

Ni

---

(1) En el año de 1759.
(2) Perdon de tributos.
(3) Paga de atrasos á los Acrehedores de la Corona.

Ni hablaré de los publicos Caminos, (4)
Que sorprendido el Caminante pisa,
Viendo Montes, y Valles igualados
Para alivio, y soláz de su fatiga.
Dejo esa immensa mole del Palacio (5)
A sus Reales expensas concluida,
Y dejo esos soberbios Edificios, (6)
Que á la comun utilidad destina.
Que diré de Madrid, *y del contento,*
Con que esta yá de Carlos *Mansion digna,*
Su aseo, en vano de otros intentado,
Y conseguida su limpieza admira?

Y

(4) Construccion de los caminos, que conducen á los Sitios Reales, y á las Capitales de las Provincias.
(5) El nuevo Real Palacio.
(6) Las Casas de Correos, y Aduana.

Ni cantaré lo que por todo el Orbe
Cuidò de divulgar la Fama misma,
Quando el Rey *sosegó el furor de* Europa
Contra su misma sangre enfurecida;
Rindiendo á Almeida *y á* Miranda *en prendas*
De una gloriosa paz apetecida,
Yá que el consejo, ni la voz bastaban
A reprimir sus belicosas iras.
Ni tu, Havana, *lloráras tal desgracia;*
Si la Suerte, envidiosa de estas dichas,
No te huviese inspirado el sacrificio
De sumergir tu propria Esquadra invicta.
Esta resolucion, que en otro tiempo
Hizo tan memorable la osadía
Del gran Conquistador del nuevo Mundo,
La causa entonces fue de tu ruina.

Mas yá del alto Morro *las almenas*
Coronan de Española Infantería
Gonzalez, *y* Velasco, *que animosos*
En esfuerzo, y ardor se competían.
Estos se oponen al furor contrario,
Y estos no en vano á la victoria aspiran;
Si acudiera del Morro *á la defensa*
Quien emulase su constancia activa.
Pero ceden al fin (no sin horrible
Mortandad de las huestes enemigas)
A la Fortuna infiel, que en otras partes
Estos daños compensa mas propicia.
Pues, trocada la suerte de las armas,
Sitiado al Sitiador vé yá Manila; (7)

Y

(7) Hazañas de los Españoles en Filipinas baxo del mando del Señor Don Simon de Anda y Salazar, y acaudillados por D. Joseph Bustos.

XIX.

Y el Lusitano *el Real Pendon de* España
Yá tremolando en su Colonia *admira.* (8)
Entonces satisfecho el Regio zelo
Del generoso Carlos *pacifica*
Al Mundo , y con gloriosas alianzas
De eterna duracion la paz confirma.
Y entonces con aplausos immortales,
La dignidad mas alta se confia (9)
Al Conde *excelso , cuyas sienes ciñe*
Doble guirnalda de Laurel , y Oliva.
A ti, ó Aranda! *Lustre de la* Hesperia,
Del Supremo Senado *Gloria digna:*
A ti, cuya eleccion al Gran Monarca
El renombre de Sabio *le confirma:*

(8) La toma de la Colonia del Sacramento.

(9) Eleccion del Excelentisimo Señor Conde de Aranda para Presidente del Real, y Supremo Consejo.

A tu influencia la Sagrada Themis
Recobra su esplendor , y fuerza antigua:
Y á tu benigno Imperio la Sobervia
Su altivo cuello, reverente humilla.

Tu infundes el amable , el dulce trato,
Con que el mas fiero pecho se humaniza,
Y con nobles vistosas diversiones
Los animos halagas , y cultivas.

Tu en fin , al paso que la Corte adornas,
Aseguras del Prado en la delicia
La publica salud al Ciudadano,
Y el digno alivio á su afanada vida.

Desde entonces del Campo la cultura (10)
Y Poblacion prospéra en las Provincias,

Y

(10) La Agricultura promovida por medio de varias Providencias , y Autos acordados del Consejo.

Y se vé la aspereza de las Sierras (11)

En hermosos sembrados convertida.

Unos se afanan en rozar los Campos,

Otros labran humildes Alquerías:

Quien se aplica á esparcir el rubio grano,

Y quien á apacentar la Grey tardía.

Que diré de las Artes, y las Ciencias, (12)

Por la Real Proteccion *restablecidas?*

Que del Comercio, que por mar, y tierra

La Africana (13) Alianza *facilita?*

Ni hai region tan distante, á donde el pliego,

Depositario fiel de las noticias,

No

---

(11) Poblaciones de Sierra-Morena.

(12) Restablecimiento de Artes, y Ciencias.

(13) Alianza con el Emperador de Marruecos.

No conduzca el Bridon, *ó el* Pino alado,(14)
Que al inconstante pielago se fia.
Yá la Mendicidad (15) *vaga , y expuesta*
Al crimen , logra su morada fixa,
Y el sustento , y empléo en varias Artes,
Que nuestra industria Nacional excitan.
Distribuyense premios al que atento
Su ingenio con feliz fruto cultiva,
Y al que en las Artes llega á aventajarse
A la vida del hombre mas precisas. (16)

La

---

(14) Arreglo de los Correos de tierra , y establecimiento de los maritimos.

(15) Recogimiento de los mendígos en los Reales Hospicios de Madrid , y San Fernando.

(16) Proteccion de los Sujetos sobresalientes en las Artes, ó en las Ciencias.

La Historia Natural (17) *á la indecible*

Benignidad del Rey *reconocida,*

De sus tres vastos Reynos el gobierno

Al acierto del Gran Monarca *fia;*

Para formar su estatua tributando

Nuevo eterno metal en la Platina, (18)

Y

---

(17) La Botanica, que es un ramo de la Historia Natural, fomentada especialmente en el Real Jardin Botanico, y por medio de los premios distribuidos á sus Profesores.

(18) Nueva especie de metal descubierta en este siglo. Mantiene su brillantez expuesto al ayre, y goza casi del mismo peso que el oro; y bien examinado puede tener maravillosos usos en las Artes. Los experimentos hechos hasta ahora sobre este metal se hallan recogidos en un tratado intitulado: La Platine, l' Or blanc, ou le huitieme metal &c. impreso en Paris año de 1758. en 8.

Y entretegiendo para orlar su frente

Guirnaldas de las flores nunca vistas.

Del Rey *en tanto en la memoria logran*

Los leales servicios nueva vida,

Previniendo su sabia Providencia

Alivio á la horfandad de las Familias. (19)

La instruccion se promueve del Soldado, (20)

Y el brío con el Arte se duplica:

Del verdadero honor dando el Monarca

Las reglas, y el exemplo á su Milicia. . . . . .

For-

---

(19) Fundacion de Montes Píos para el socorro de las Viudas, y Huerfanos de los Empleados en servicio de S. M.

(20) Adelantamiento de la Disciplina Militar, y formacion de nuevas Ordenanzas.

Formado apenas huve este bosquejo,
Que de Apolo *el Divino ardor me inspira;*
Quando de España *la Magestuosa*
Imagen se ofreció á mi fantasia;
Y con semblante placido me dixo:
„*Tu noble intento advierto agradecida,*
„*Pero no alcanza á celebrar de* Carlos
„*Las hazañas tu mal templada Lyra.*
„*Solo el mismo* Monarca, *si á las* Musas
„*Los ojos buelve con piedad benigna,*
„*Podrá hacer, que algun dia absorto el Orbe*
„*Produzca ingenios, dignos de aplaudirlas.*
„*Ni Elogios faltarán al Joven* Carlos,
„*Firme esperanza de esta* Monarquía,
„*A quien del* Rey *el inclito heroysmo*
„*A la mas noble emulacion anima.*

„ *Tampoco faltará* Numen, *que aplauda*
„ *Las adorables gracias de* Luisa,
„ *Que es el dulce embeleso de mi Pueblo,*
„ *Y de su* Augusto Padre *las delicias:*
„ Princesa, *á quien el Cielo há prometido,*
„ *Que por su medio há de colmar mis dichas,*
„ *Renovando en fecunda descendencia*
„ *Las ramas de su estyrpe esclarecida:*
„ *Esta Estyrpe gloriosa en paz, y en guerra,*
„ *Cuyo alto Imperio se verá algun dia,*
„ *Para gran bien del Orbe, dilatado*
„ *Por el ambito immenso de sus Climas.*

XXVII.

A LA VENIDA
DEL REY NUESTRO SEñOR
A ESPAñA

SONETO.

BAstante gloria has dado en paz, y en guerra
A Napoles, Señor: *ella lo clama;*
Buelve pues á tu Patria, que te llama,
Y que con verte su dolor destierra.

A el Español, *valiente en mar, y en tierra,*
Respetable le hará tu misma fama:
Y mientras ciñas tu la eterna rama,
Gozará el fruto, que la paz encierra.

Mas si las Musas *en tan feliz hora*
Consiguen los debidos galardones,
Con asombro de Mantua *la* Italiana

Virgilios, *que con trompa alta, y sonora*
Eternicen tus inclitas acciones,
Te ofrecerá tu Mantua Carpetana.

AL

AL MISMO ASUNTO

DECIMA.

LLora Napoles *al ver*
Al Rey Carlos *yá en el mar,*
Siendo todo su pesar
No poderle poseer:
Quisiera siempre tener
La gloria, que yá vé estraña;
Y asi el llanto en que se baña,
A tì, Español, *preste aliento;*
Y nazcan de aquel lamento
Las alegrias de España.